



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

ensi Duce † Joanne Wilhelmo, quam ut sæpius, sic iterum jus conducendi peperit; cum hoc vias regias sibi Duces arrogant. Ante portam Kremperianam, ubi suppliciiis fontes afficiuntur, furcam Moguntini officiales erigi jusserant. Saxo suâ in viâ id posse negat, & negotii momentum tanti habet, ut assumptis quinquaginta equitibus, ante solis ortum & priusquâ portæ aperirentur, ipse veniret, furcam unâ cum implexo rotæ cadavere succindi curaret.

*Saxo Vinarie-
riensis ere-
tam ad sup-
plicia rotâ
dejecit.*

XX X.

Ex mandato Cæsaris Elector Saxonie tanquam superioris circuli Saxonici Capitaneus proscriptos in Gothanis munitonibus expugnauerat: Grumbachius † facta deditioe quæstioni subiectus inter alia de civitatis hujus subjugatione consilia se agitasse fassus, rebelles variis suppliciiis affecti, Dux Fridericus Cæsari missus post longos carceres obiit. Videbatur etiam publicæ salutis conducere, si deletâ arce munimenta solo æquarentur, ut & futuro conatui subtraheretur refugium, & jacentes muri à pari facinore deterrerent. Hæc omnia magnis sumptibus expediebantur. Augustus 747635. florenos erogaverat, ab Imperio, cujus nomine bellum suscepit, restituendos, † quâ de re, nec non aliis Imperii necessitatibus, ut consultaretur, Erfordiam Comitiam indicuntur. Aptamagnis conventibus civitas, utpote capax, & viciniâ desideratissimis esculentis

*Grumbachii
in Erfordi-
am consilia.*

*Comitia Im-
perii Erfor-
diæ celebrâ-
tur.*

vili

*MDLXXI.

Apud Legatos Saxonicos restitutio Rudelstadii urgetur.

XXXI.

MDLXXVI.

Pons longus exstruitur.

Perit incendio.

MDLXXVII

Electores contributiones Turcicas colligunt.

vili pretio culinas instruente. Unum est, quod commoditatem destruit: omnes plateæ aquis ex Gerâ ductis irrigantur, harum rivuli sic vias occupant, ut & equitando, & vehendo passim difficillimus sit transitus. * Capti Ducis terras agnati inter se dividere constituerant. Cæsar & Electores, quò pacatius transigeretur, Legatos miserant: penes † hos civitas restitutionem Rudelstadii, & ne res aliena patrimonio accenseretur, petit. Facilis Legatorum fuit excusatio: Herciscere possessiones Friderici, non quid juris hic, ibivè habuerit, sibi mandatum.

* Pons † ille, qui longus dicitur, fortis opere erectus est, in quem hodiè, propter frequentiore ibi transitum, multæ tabernæ translatae sunt, cum illæ ante hac in dicto ab iis ponte mercatorum essent, jam ferè desolato, quod multis flammaram infortuniis subjectus, & ædium angustia mercatoribus incommoda fuerit. Vix triennium hinc fluxit, † quo ad dimidietatem ab igne consumptus est. * Appulerunt † hujus anni mense Julio Moguntini Legati, collectas Turcicas à civibus, & Clero exacturi. Senatus quotam suam, quæ fuit olim, Archiepiscopatûs tertia, postea quarta, quinta, & nonnunquam septima, contulit. Idem fecit Clerus, quem de bonis etiam alibi flutis vigore Canonum ordinarius collectabat.